Ad primum ergo dōʒ eſt: ꝙ ſm Gregoriū dicunť oia ſimul creata per ſubam materie ⁊ nō per ſpēm forme vel etiaʒ in ſui ſimilitudine: ſic aia rationalis que angelis ſilis ē nō ex materia ꝓpagāda. ¶ Ad ſcđʒ dōm: ꝙ corporalia oia cōicant in materia ſiue ſit vna ſiue plures: ⁊ qꝛ materia nō ꝓcedit compoſitum: ideo vt ordo temporis ordini nature reſpōderet: ꝓus facta eſt materia corporalis: ⁊ deide ꝑ formas diſticta nō aūt corporalis natura ex ſpirituali ꝓducitur. vl' ſicut ex materia vel ſicut ex efficiēte: ⁊ ideo nō eſt ſimilis ratio. ¶ Ad tertium dōm: ꝙ ſicut creatura nō hʒ eſſe ex ſe ita nec ꝑfectiōeʒ: ⁊ ideo ad vtrumqꝫ oſtēdēduʒ voluit: vt creatura ꝓus nō eſſet ⁊ poſtmoduʒ eſſet. ⁊ ſimil'r ꝓus eſſet imperfecta ⁊ poſtmodū perfecta. ¶ Ad q̈rtū dōʒ: ꝙ in creatiōe nō tm̄ debet oſtēdi potētie vtus: ſed etiaʒ ſapie ordo vt que ꝓus natura ſunt ꝓus etiā iſtituanť. ¶ Ad qntū dōm: ꝙ ad oſtēdēduʒ diuerſam diſtinctoꝝ naturā voluit deus: vt vnicuiqꝫ reꝝ diſtinctiōi dies vnus reſpōderet: ⁊ nō ex aliqua neceſſitate vel laſſitudine agētis. ¶ Ad ſextū dōm: ꝙ nō eſt eadē natura rei iaʒ ꝑfecte ⁊ ꝓut eſt in ſuo fieri. Et ideo ꝙ̄uis natura mūdi cōpleti hoc exigat vt oēs partes eēntiales vniuerſi ſint ſimul: potuit tamē aliter eſſe ab ipſa mūdi factiōe: ſic in hoie perfecto nō poteſt cor eē ſine alys partibus: ⁊ tamē in formatiōe embryonis cor ante oia mēbra generatur. ¶ Ad ſeptimū dōm: ꝙ auctoritati ſcripture in nullo derogatur dū diuerſimode exponitur: ſalua tamen fide: qꝛ maiori veritate eam ſpirituſſanctus fecundauit ꝙ̄ aliquis homo adinuenire poſſit. ¶ Ad octauū dōm: ꝙ hoc eſt ex imperfectione creature qđ ex iperfecto ad ꝑfectiōeʒ operando venit. q ꝑculdubio vltimā ꝑfectioneʒ daret qꝫtūcunqꝫ poſſet. ſeruata tamē operis cōditiōe. ⁊ ideo nō opʒ ꝙ in hoc diuinū op⁹ operationi creature ſit ſimile.

¶ Utrum diſtinctio dierum ſaluetur ſm expoſitionem auguſtini. III.

Ad tertium ſic ꝓcediť. Uidetur ꝙ ſm expoſitiōeʒ Auguſtini dierum diſtinctio nō ſaluetur. Dies enim noiat qđdam tempus: ſed in rerum formatione ſm Auguſtinū: nō fuit ſucceſſio temporis. ğ nec ſaluata eſt diſtinctio dierum. ¶ P. cum dies ponat illuminationem quādam oportet ꝙ dies intelligantur. vel ſm illuminationem lucis corporalis vel intellectualis. ſed nō ſm lucem corporalem: qꝛ hoc nō facit dies niſi pluribus reuolutionibus que ſucceſſione temporꝫ complentur: nec iterum ſm luceʒ itellectualem: qꝛ lux itellectualis creata nō ifluit per modum irradiatiōis ad crationem rerū: ſed ratio diei requirit irradiationem aliquā. ergo videtur ꝙ dies illi nō cōueniēter aſſignentur. ¶ P. in illuminatione ſpūali non eſt iuenire diuerſas partes: ſed diei aſſignātur diuerſe partes. ſ. mane ⁊ veſpere. ğ videť ꝙ nō poſſint itelligi dies illi ſm illumiatione lucis ſpūalis. ¶ Si dicať ꝙ mane huius diei eſt ſm cognitiōeʒ rerū in verbo. veſpere aūt ſm cognitionē rerū in ꝓꝓia nā. ¶ Cōtra: qꝛ in illo dr̄ res cognoſci a quo ſimilitudo rei accipitur: ſʒ angeli nō habēt rerū cognitionē per ſimilitudines a rebus acceptas: ſʒ ꝑ ſpecies a verbo in coꝝ mentē influxas. ğ tantum in verbo cognoſcunt res creatas: ⁊ nō in ꝓꝓia natura: ⁊ ſic habēt tantuʒ mane nō veſpere. ¶ P. vbicūqꝫ eſt res: ibi poteſt cognoſci: ſʒ res creata hʒ triplex eē. ſ. in vbo ⁊ in mēte angeli ⁊ in ꝓꝓia natura: qđ ſignificať ſm Augu. ſup Geneſ. ꝑ. per hoc: ꝙ dixit fiat. Quantū ad eſſe rei in verbo factū eſt. qꝫtuʒ ad eſſe rei in mente angeli fecit. qꝫtuʒ ad eſſe rei in ꝓꝓia nā. ğ huius diei debēt tres partes aſſignari. ¶ P. ſicut qlibet dies vſitatus hʒ veſpere ⁊ mane. ita ⁊ meridieʒ. ğ ſicut aſſignať cognitio matutina ⁊ veſptina ita ⁊ meridiana. ¶ P. oēs dies debēt eē vniformes: ſʒ ꝓme diei nō aſſignať mane: qꝛ māe quod poſt veſpere ponitur nō pōt eſſe mane a qua incipit ꝓmus dies ſed in qđ terminatur. Septima autē dies ponitur habere mane ad quod terminatur ſexta dies ⁊ nō veſpere. ğ nec alys diebus mane ſiml' ⁊ veſpere aſſignari debēt. ¶ P. de veſpere in mane nō trāſitur niſi ꝑ nocteʒ: ſʒ de nocte nulla fit mētio. ğ inſufficiēter tradiť dierū ordo.

Reſpōdeo dōm: ꝙ ſm Auguſtinuʒ illi ſex dies ſunt vnus dies ſex reruʒ diſtinctionibus ſm quas numerať ſimul preſentatus: ſicut ēt vnū vbū eſt quo oia facta ſunt. ſ. dei filius ꝙ̄uis frequēter legať. dixit deus: ⁊ ſicut illa opa ſaluanť in oibus ſequētibus ꝙ̄ ex eis propagant opatiōe nature: ita etiā illi ſex dies manēt in tota ſucceſſiōe tēporis. quomō autē hoc ſit vidēdū eſt. Natura angelica itellectualis eſt: ⁊ lux eſt ⁊ ſi ꝓꝓie lux eſt: opʒ ꝙ ei⁹ illuſtratio dies dicatur. Angelica aūt nā in ꝓncipio ꝯditionis rerū cognitioneʒ earū accepit: ⁊ ſic quodāmodo lux intellectus eius rebus creatis preſentabatur inqꝫtuʒ cognoſcebantur. vn̄ ipſa cognitio rerū dies dr̄: ⁊ ſm diuerſa genera cognitoꝝ. ⁊ ordinē diſtiguunť: ⁊ ordinanť dies: vt in primo die itelligať formatio ſpiritualis creature per ꝯuerſionē ad vbū. In ſcđo die formatio corporalis creature quantū ad ſuperiorē partē que firmamētū diciť. In tertia qꝫtuʒ ad iferiorē partē. ſ. terre aque ⁊ aeris vicini. In q̈rta ſupior pars. ſ. firmanentum ornatum. In quinta inferior quātum ad aereʒ ⁊ aquaʒ. In ſexta qꝫtum ad terram. Luʒ autē de⁹ ſit lux plena: ⁊ tenebre in eo nō ſint vlle. pᶜ Joā. ꝑ. cognitio ipſius dei in ſe eſt plena lux: ſʒ qꝛ creatura ex hoc ꝙ ex nihilo eſt: tenebras poſſibilitatis ⁊ imperfectiōis hʒ: ideo cognitio qua creatura cognoſcitur tenebris admixta eſt. pōt aūt cognoſci dupl'r. vel in verbo ſm ꝙ exit ab arte diuina. ⁊ ſic eius cognitio matutina dicitur: qꝛ ſicut mane eſt finis tenebrarū: ⁊ ꝓncipium lucis. ita creatura a verbo ēi ꝓncipiū lucis ſumit poſtqꝫ ꝓus nō fuerat. cognoſcitur etiā ꝓut eſt in natura ꝓꝓia exiſtens: ⁊ talis cognitio dicitur veſpertina. ꝓpter hoc ꝙ ſicut veſpere eſt terminus lucis ⁊ tēdit in noctem: ita ⁊ creatura in ſe ſubſiſtēs eſt terminus operatiōis verbi. quaſi facta per verbuʒ: ⁊ de ſe in tenebras defectus tendēs: niſi vbo portaretur nihilominus hec cognitio dies dr̄: qꝛ ſicut in comparatiōe ad cognitionē verbi tenebroſa eſt. ita eſt lux in comparatiōe ad ignorātiā. ꝙ̄ oino tenebra eſt. ſicut vita iuſtoꝝ preſens caliginoſa dr̄ reſpectu future glorie: que tamē lux eſt in comparatiōe ad vitaʒ peccatoꝝ: ⁊ ſic attenditur. quedam circulatio iter mane ⁊ veſpere ſʒ ꝙ angelus ſeipſuʒ cognoſcēs in ꝓꝓia natura hāc cognitionē rettulit ad verbuʒ: ſicut ad finē in quo ſequentis operis cognitionē ſumpſit: ſicut in ꝓncipio: ⁊ ſicut hꝰ mane ē finis diei precedētis: ⁊ ꝓncipium ſequētis: ⁊ hec qdem expoſitio ſubtilis ⁊ congrua eſt: dummodo lux ⁊ dies proprie in ſpiritualibus dicanť: ⁊ nō metaphorice. vt Auguſtinus vult ſuper Geneſis. 4. aliter enim eſſet expoſitio myſtica ⁊ nō litteralis. Sed qꝛ a pluribus negatur: ideo ſuſtinētes cuʒ Auguſtino ꝙ omnia ſunt ſil' creata ⁊ in ſpecies diſtincta. poſſumus dicere ꝙ dies accipiuntur ſm illuſtrationē lucis corporalis. ita tamē ꝙ ordo dierum attēdatur. ſm ordinē eorū ⁊ diſtinctionē in que lux corporalis refulget: ſicut enim oium creaturarū nālium cognitionē angeli acceperūt. ita etiā lux in oia corporalia ſe diffundit: vt Diony. dicit. diuerſimode in diuerſis recepta ſm diuerſitatem recipientiū: ⁊ ideo ſicut Auguſtinus diſtinguit ſex dies ſm ꝑntationē lucis ſpiritualis: que ꝓmo die facta dr̄: ſex rerū generibus: ita ſm preſentationē lucis corporalis ſex rerū generibus poſſunt eodē mō ſex dies diſtingui ſine diſtinctiōe tpis. Et qꝛ ꝑiodus vnicuiqꝫ rei corporali ſʒ ifluētiā lucis ꝑfigitur qſi inter duos terminos. cum quelibet virtus corporalis finita ſit. ideo illi termini mane ⁊ veſpere dicuntur: vltra quos virtus rei nō extenditur.

Ad primuʒ ğ dōm: ꝙ dies ēt ē pars tpis ⁊ lucis effectus diſtinctio. ğ ꝓmoꝝ dierū nō ſumitur ex ꝑte tpis: ſʒ ex parte lucis: ſʒ ꝙ diuerſa per lucē declarantur vel qꝫtū ad cognitiōeʒ angelicā vel qꝫtum ad ifluētiā lucis corporalis in diuerſa. ¶ Ad ſcđm dōm: ꝙ lux illa ⁊ corporalis ⁊ ſpiritualis poteſt itelligi: ⁊ ſi itelligať corporalis dies diſtinguetur ſʒ diuerſa illuminata: ⁊ nō ſm illuminatiōis tēpus. Si aūt itelligatur ſpiritualis nō eſt per ifluētiā lucis ad res creādas: ſʒ ꝑ fulgorem lucis ad res cognoſcendas. ¶ Ad 3ᵐ dōʒ: ꝙ ꝑtes diei ſm lucē ſpūalē non ſunt ſm diuerſa cognita: ſʒ ſm diuerſos modos cognitiōis eiuſdē rei: ⁊ ſic dies nō ſunt ſucceſſiui: qꝛ angelus in vbo ſil' diuerſa genera rerū intuetur: ita nec ꝑtes diei vnius: qꝛ ſil' videt in vbo creaturas: ⁊ in ꝓꝓa nā. ¶ Ad q̈rtū dōʒ: ꝙ nō diciť cognitio veſpertina que eſt rerū in ꝓꝓa natura. ex eo ꝙ ab ipſis reb⁹ ſpēs ſumant ꝑ quas cognoſcāt. Sʒ qꝛ ꝑ ſpecies: quas a creatiōe receperūt res cognoſcunt ꝓut in ꝓꝓa nā ſubſiſtūt. ¶ Ad qntū dōm: ꝙ ſpēs reꝝ ꝓmū hʒ eē in arte dina ꝙ̄ ē vbū qđ eē ſignificať cū dr̄. dixit deus fiat. i. vbū genuit in quo erat vt fieret. Scđm hʒ eē in itelligētia angelica: qđ ſignificať in hoc qđ dr̄: factū eſt ꝑ ifluētiā vbi. Tertiū eē habēt in rebus qđ ſignificať in h̄ qđ dr̄ fecit: ⁊ iō iſta triplex diſtinctio nō poniť in ꝓductiōe lucis ſpūalis nec in formatōe hois: qꝛ ēt itellectualis poniť: ⁊ ſic ēt angelus triplicē de reb⁹ cognitiōeʒ hʒ. ſ. ꝓut in vbo ſunt. ꝓut ſūt i mēte eius. ⁊ ꝓut ſunt in ꝓꝓa nā: ꝙ̄uis aūt nūqꝫ cognoſcat res in ꝓꝓa natura niſi ꝑ ſpēs ꝙ̄s hʒ apđ ſe. tm̄ differt cognitio ꝙ̄ cognoſcit ꝓut ſunt i ſeipſo ⁊ prout ſunt in ꝓꝓa natura. pōt eni itellect⁹ ꝯuerti ad ſpēm quā apud ſe hʒ dupl'r. Aut cōſiderādo ipſaʒ ſm ꝙ eſt ens qđdā in itellectu: ⁊ ſic cognoſcit de ea qđ eſt itelligibile vel vl'e vel aliquid hꝰ. aut ſm qđ ē ſilitudo rei: ⁊ ſic itellectus cōſideratio nō ſiſtit in ſpecie: ſʒ per ſpēm trāſit in rē cuius ſilitudo eſt: ſicut oculus ꝑ ſpēm que eſt in pupilla videt lapidem ⁊ eſt ſimile de imagine lapidea que poteſt cōſiderari ſm: ꝙ eſt res quedam vel ſimilitudo rei: ⁊ ita patet ꝙ due cognitiōes dicte differunt: ſed vtraqꝫ eſt veſpertina: qꝛ etiā eē ipſe itellectus angeli creatura eſt: ⁊ in tenebras defectus tendēs qꝫtū in ſe eſt. ¶ Ad ſextū dōm: ꝙ cognitio meridiana nō ꝑt eē cognitio creature cui defectibilitatis tenebra admixta eſt: ſʒ cognitio ipſi⁹





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

dei qui eſt plena lux. Et ideo in opibus creatiōis meridies nō nominatur. ¶ Ad ſeptimum dicēdū: ꝙ in p̄ma die ſm Auguſtinū formatio narratur ipſius itellectualis nature. cuius cognitio eē eius in ꝓpria natura naturalr̄ ſeqtur: ⁊ iō ſui ipſius cognitionem matutinam nō hꝫ: ſꝫ veſpertinam. Similr̄ ⁊ ſeptima dies pertinet ad quietē dei in ſeipſo ex oībus opibus que ꝓpter ſe fecit. ⁊ hec quies nullo defectu clauditur: ⁊ ꝓpter hoc ī die illa veſpere nō noīatur. ¶ Ad octauū dōm: ꝙ ſi angelus cognitiōe creature accepta: eam in laudē creatoris nō referret: in ipſa creatura ſiſtēs nox in eo fieret. hoc enim eſſet ꝑuerſe frui creatura. hoc autē non cōuenit beatis angelis q̄ ꝑ lucem ſignificātur: ⁊ ideo in illo dierū ſenario nox nō cōmemoratur. vel poteſt dici ſꝫ aliā viaꝫ ꝙ mane ⁊ veſpere ponuntur: qꝛ ſunt p̄ncipia diei ⁊ noctis. ibi autē oſtēditur inſtitutio p̄ncipioꝝ nature ex quib⁹ oīa ꝓpagata ſunt: ⁊ iō ponunt̄ extrema relictis medijs.

¶ Utrum p̄ma materia fuerit informis. IIII.

**A**D quartuꝫ ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ p̄ma materia informis erat. Jlla enim materia cōmunis erat oībus elemētis. qꝛ ex illa oīa facta ſūt: ſꝫ elemēta nō cōueniūt niſi in materia īformi. ḡ p̄ma mā oīo īformis erat. ¶ P̄. Auguſtinus dicit in lib° cōfeſſionum ad deū loquēs. Docuiſti dn̄e famulū tuū ꝙ p̄uſq̄ iſta faceres n̄ aliqd erat nec ſpecies nec color ⁊c̄. nec tamē oīo nihil erat: qꝛ īformitas quedā erat. ḡ p̄ma mā oīno forma carebat. ¶ P̄. ſi illa mā formam aliquā habebat: aut habebat formā corporis mixti: aut corporis ſimplicis: ſꝫ nō corporis mixti: qꝛ ſic eēt mixtū p̄us corporibus ſimplicibus qȯ eēt cōſonū pōt Anaxagore. ḡ oꝫ ꝙ haberet formā corporis ſimplicis: ⁊ ſic redibit opinio antiquoꝝ nāliū: q̄ ponebāt vnū elemētū oīum vel ignē vel aquā vel aerē. ¶ Si dicat̄ ꝙ non habebat aliquā harū formaꝝ: ſꝫ aliam. ¶ Cōtra. omne qȯ generat̄: generat̄ ex ſuo cōtrario: ſꝫ ex iſta p̄ma mā exiſtēte ſub forma corporali facta ſunt elemēta. ḡ opꝫ ꝙ habuerit cōtrarietatem ad elemēta que ex ea facta ſunt: ſꝫ cōtrarietas p̄morū corpoꝝ nō pōt extēdi vltra quaternariū numeꝝ: vt in ſcdo de gnōne ꝓbatur. ḡ oportuit mām illam eē ſub forma alicuius q̄tuor elemētoꝝ: ſi fuit ſub forma aliqua corporali: ⁊ ita vnū tm̄ eēt elemētū p̄mū: qȯ iprobat ph̄s. oportuit ḡ ꝙ materia illa oīno fuerit īformis.

**Sed contra** oē eē eſt a forma. ſi ḡ mā prima fuit ante reꝝ diſtictiōeꝫ: opꝫ ꝙ formā aliquā habuerit. ¶ P̄. ſicut ſe hꝫ corpus nāle ad diuerſas figuras ita ſe hꝫ mā p̄ma ad formas ſubſtātiales: ſꝫ impoſſibile eſt eē aliquod corpus abſq̄ oī figura. ergo impoſſibile eſt eſſe mām abſq̄ omni forma.

**Reſpondeo** dōm ꝙ materia p̄ma dr̄ duplr̄. vel ita ꝙ p̄mū importet ordinē nature: vl̄ ita ꝙ importet ordinē temporis ſm ꝙ importat ordinē nature materia p̄ma eſt illud in quo vltimo ſtat reſolutio corporū nāliū: qȯ opꝫ eſſe abſq̄ oī forma: qꝛ omne ſubiectū qȯ hꝫ formā eſt diuiſibile ī formaꝫ ⁊ ſubm̄ forme: ⁊ ideo qꝛ oīs cognitio eſt per formā: hec mā p̄ma eſt ſcibilis: vt dicit ph̄s in p̄mo phyſic. ſm analogiā tm̄: ꝓut dicimus illȯ eē mām p̄mā: qȯ ita ſe hꝫ ad oīa corpora: ſicut ſe hꝫ lignū ad lectum: ⁊ q̄uis mā p̄ma ſic accepta nō habeat aliquā formā partē eēntie ſue: nunq̄ tamen diuidit̄ ab oī forma: vt ꝓbat Auic. in ſua metaphiſica: imo quādo amittit vnam formā acquirit aliam ſm ꝙ corruptio vnius eſt generatio alterius. ⁊ iō materia p̄ma ſic accepta nō potuit eē duratiōe ante corpora ex ea formata. Alio mō dr̄ mā p̄ma ſm ꝙ p̄mū importat ordinē tēporis: illud. ſ. qȯ duratiōe p̄ceſſit ordinatā diſpoſitionē partiū mūdi: q̄lis nūc cernit̄ ſm eos qui ponūt mundum nō ſemper fuiſſe: nec a p̄ncipio creatiōis omnia diſtincta fore: ⁊ ſic accipiendo primam materiam: oportuit eam habere aliquam formam. Sed circa hoc antiqui philoſophi diuerſificati ſunt. quidam eniꝫ poſuerunt eam eſſe totam ſub vna forma: ponētes vnum elementorum omniuꝫ p̄mam mām eē vel aliquid iter ea. ⁊ ex iſto oīa generari cōſtituunt denſitate ⁊ raritate. ¶ Alij vero poſuerūt eaꝫ ſub pluribus formis: nō tamē ordinatis adinuicē: ſꝫ quadā confuſiōe permixtis que creatoris operatiōe ad ordinē ⁊ diſtinctionē reducte ſunt: ⁊ hꝰ tm̄ diuerſimode poſuerunt: vt ph̄s narrat: qȯ ad preſens nō ꝑtinet. ⁊ he oēs poſitiones a philoſopho ſufficiēter iprobate ſunt. Moderni etiā in has duas vias diuiduntur. quidam enim ponūt materiam illam primam totam ſub vna forma createꝫ: ſed ne in antiquū errorem labi videant̄: ponūt illam formā nō eſſe vnū quatuor elemētoꝝ: ſed aliquid qȯ ſe hꝫ in via ad eas: vt imꝑfectum ad ꝑfectū: ſicut forma embryonis ſe hꝫ ad aīal ꝯpletū: ſed hoc nō poteſt ſimilr̄ dici in elemētis: qꝛ ſm cōmētatorē in ii°. metaphyſice. prima habilitas que eſt in materia eſt ad formā elemēti. vnde nō inuenitur aliqua forma media inter materiam primam ⁊ formaꝫ elemēti: ſicut iueniuntur multa media iter materiam p̄mam ⁊ formaꝫ aīalis: quarū vna alteri ſuccedit quouſq̄ ad vltimam ꝑfectionē veniat̄: itermedijs multis generatiōibus ⁊ corruptiōibus: vt Aui. dicit. ¶ Et preterea cum tunc naturalia p̄ncipia inſtituta fuerint: oporteret etiā nūc in naturali elemētoꝝ generatione aduertere aliam formam ante formā elemēti: qȯ eſt cōtra ſenſum: niſi forte dicatur ſm poſitionē libri. fontis vite: eſſe vnā p̄mā formā: ⁊ ſic in mā p̄mo iductam fore formaꝫ corporalē cōmunē: ⁊ poſtmoduꝫ formas ſpāles diſtinctas. Sꝫ hāc poſitionē Auic. improbat: qꝛ omnis forma ſubſtantialis dat eē completum in genere ſube. quicqd autē aduenit poſtq̄ res eſt in actu eſt accidēs. eſt enī in ſubō qȯ dicit̄ ens in ſe completū. vn̄ oporteret oēs alias formas nāles eē accidētia: ⁊ ſic rediret antiqu⁹ error ꝙ gnātio eēt idē qȯ alteratio. vn̄ ipſe vult ꝙ ab eadē forma per eſſentiā: ignis ſit ignis ⁊ corpus ⁊ ſubſtātia. ⁊ ideo tenēdo viaꝫ alioꝝ ſanctorum: qui ponunt ſucceſſionem in operibus ſex dieruꝫ: videtur mihi dicēduꝫ ꝙ p̄ma materia fuit creata ſub pluribus formis ſubſtātialibus: ⁊ ꝙ oēs forme ſubſtātiales partium eſſentialiuꝫ mūdi in p̄ncipio creatiōis ꝓducte ſunt. ⁊ hoc ſacra ſcriptura oſtendit que celum terram ⁊ aquam in principio cōmemorat. ⁊ hoc etiam magiſter dicere videtur ponens in illa iformi mā hoc terreum elemētū in medio cōſiſtere: ⁊ aquas rariores fuiſſe in moduꝫ nebule ſupra extenſas: ſꝫ dico ꝙ virtutes actiue ⁊ paſſiue nōdū in p̄ncipio partibus mūdi collate fuerāt. ſm quas poſtmodū diſtingui et ordinari dicūtur. ⁊ hoc eē poſſibile pꝫ ſi ſuſtinere volumus opionem Auicē. qui ponit elemēta in mixto remanere ſm formas ſubſtātiales q̄tum ad primum eē. trāſmutari autē q̄tum ad 2m: ſcilicet quantum ad qualitates actiuas ⁊ paſſiuas: eſt enim mixtio miſcibilium alteratoruꝫ vnio. vnde poſſibile eſt materiaꝫ eſſe ſub forma ſubſtātiali ſine hoc ꝙ habeat qualitates actiuas ⁊ paſſiuas in ſui complemēto. ⁊ ſic cū eē p̄mū nālr̄ p̄cedat eē 2m: exp̄ſſus ē ordo nāe ī ſucceſſiōe tp̄is. duꝫ res p̄us fiunt ī eſſe p̄mo q̄ ꝑficiant̄ ī eſſe ſcdo.

**Ad primum** ḡ dōm: ꝙ illa materia p̄ma q̄ vna numero eſt in oībus elementis vt pars eſſentie eoꝝ: eſt oīno informis in ſua eēntia cōſiderata: ſed hoc nō potuit elemēta duratiōe p̄cedere. vn̄ illa materia q̄ duratiōe p̄ceſſit corꝑalis fuit nō vna ꝑ vnitatē eēntie: ſed per ſimilitudinem iformitatis quātuꝫ ad formas ſecūdas. ¶ Ad ſcdm dicēdum: ꝙ cuꝫ Auguſtinus nō ponat ordinē duratiōis ſed nature tātum: ſm ip̄m oportet dicere ꝙ materia p̄ma eſt omnino iformis. qȯ non poteſt eſſe ſm alioꝝ poſitionē ſanctoruꝫ. ¶ Ad tertiuꝫ dicēduꝫ: ꝙ nō habebat formam vnam: ſed plures: non quidem formas corporum mixtoꝝ: quia he conſequuntur virtutes actiuas ⁊ paſſiuas p̄ncipioruꝫ mundi: ex quibus eēntialr̄ itegrat̄. Et per hoc patet reſponſio ad quartum.

¶ Utꝝ q̄tuor coeua ꝯueniēter aſſignant̄. V.

**A**D quintuꝫ ſic ꝓcedit̄. vr̄ ꝙ icōueniēter aſſignent̄ q̄tuor coeua ſ. celū empyreū: angelica nā: mā q̄tuor elēoꝝ ⁊ tp̄s: locus. n. ꝯſeqt̄ gnātionē reꝝ ſic̄ ⁊ tēpus. ſed de loco nulla fit mētio inter p̄ma creata. ḡ nec de tp̄e. ¶ P̄. tp̄s eſt accidēs qȯdā. ſꝫ de alijs accn̄tib⁹ nō fit mētio: ſed itelligunt̄ cū ſuis ſubiectis creata. ḡ vr̄ ꝙ nec de tp̄e dꝫ fieri. ¶ P̄. tp̄s eſt mēſura mot⁹ p̄mi mobilis ſed p̄mū mobile. ſ. firmamētū factuꝫ eſt 2° die. ḡ tp̄s in p̄n° creationis nō fuit. ¶ P̄. ſuꝑioꝝ ⁊ iferioꝝ corpoꝝ nō eadē eſt mā. ſed in p̄n° creationis iſtituta eſt oīuꝫ corpoꝝ mā. ḡ vr̄ ꝙ debeāt eſſe. v. ſ. celū empyreuꝫ: mā firmamēti: mā q̄tuor elemētoꝝ ⁊c̄. ¶ P̄. in q̄lꝫ ſex dieꝝ dr̄ dixit de⁹: fiat: vt oſtēdat̄ op⁹ illius diei ꝑ v̄bū factū eſſe. cū ḡ informis mā ꝑ verbū facta ſit. vr̄ ꝙ in eius creatione debeat dici: dixit deus fiat celū ⁊ terra. ¶ P̄. q̄rit̄ ſꝫ qd nūerus hoꝝ ſumat̄

**Reſpondeo** dōꝫ ad hoc vltimū. p̄ ꝙ ꝑ op⁹ creatōis iſtituta eſt tota creatura q̄tuꝫ ad eſſe ſuū informe. vn̄ que nō pn̄t duci ad vnū iforme p̄nm qȯ eſt mā: faciūt numerū in oꝑatōe creatōis. Suba. n. ⁊ accn̄s nō reducunt̄ in vnā māꝫ: qꝛ accn̄tis ꝑs mā nō eſt. ⁊ iō nō ꝯueniūt in mā ex qua: pōt tm̄ dici aliq̄ mō accn̄s cōuenire cum ſuba in mā in qua: ſm ꝙ accn̄s eſt in ſuba: ⁊ ideo illȯ accn̄s qȯ eſt ſicut ex mēſurādo denoīans ſube cōnumerat̄. ſ. tp̄s. Silr̄ ſuba ſp̄ūalis ⁊ corꝑalis nō reducunt̄ in vnā māꝫ: cuꝫ ſp̄ūalia mā careāt: ⁊ ita cōnumerat̄ angelus. Silr̄ ēt corporum celeſtiū ⁊ iferioꝝ nō eſt vna mā: ⁊ iō numerat̄ celū ⁊ mā q̄tuor elēoꝝ: ⁊ ſic opꝫ in creationis opere quatuor predicta cōnumerari.

**Ad primum** ḡ dōꝫ. ꝙ locus eſt ſuꝑficies corꝑis locantis: ⁊ iō creatio loci cū creatōe corporalis nature itelligit̄. ¶ Ad 2m dōꝫ. ꝙ accn̄tia quedam denoīant illȯ in quo ſunt: ſic̄ albedo: ⁊ talia itelligunt̄ creata in creatione ſuoꝝ ſuboꝝ. ſi ſūt de illis q̄ eē p̄mū ꝯſequūtur. vt figura ⁊ q̄titas ⁊ hꝰ: q̄dā aūt denoīant ēt illud in q̄ nō ſunt vt in ſubto: ſic̄ loc⁹. Nō. n. eſt loc⁹ corꝑis cōtinētis in quo ē vt ſubiecto: ſꝫ corꝑis cōtēti: ⁊ tp̄s eſt nūerus oīum motuū: ⁊ ſi p̄ ci⁹ in quo eſt: vt ī ſubto. ſ. mot⁹ p̄mi mobilis ꝑ queꝫ oēs alij numerant̄: vt in io° meta. dr̄: ſed tm̄ alia eſt rō de tp̄e: ⁊ de loco: qꝛ loc⁹ eſt idē ꝑ eēntiā: qȯ ſuꝑficies corꝑis locātis: tp̄s aūt nō eſt idē nūero cū aliq̄ accidēte in ſuba fūdato. ¶ Et p̄terea loc⁹ totū cōplem[ent]ū ſuū hꝫ in re: ſꝫ tp̄is rō aliquo mō cōplet̄ ex actione aīe nūerātis. vn̄ magis hꝫ rōnē extriſeci q̄ loc⁹: ⁊ iō potius ꝯnūerat̄ p̄ creatis q̄ loc⁹: vel ali ȯ aliqȯ accn̄s. Et p̄cipue hoc factū puto ad remouēdū antiquū errorē ph̄oꝝ qui tp̄s poſuerūt eternū p̄ter platonē. vt in 8° phyſicoꝝ dr̄. ¶ Ad 3m dōꝫ. ꝙ mot⁹ celi icepit ſcda die. ſꝫ nō oīa ſil̄ creata ſunt. vn̄ non pōt itelligi de tp̄e qȯ eſt nūer⁹ mot⁹ p̄mi mobilis: ſꝫ oꝫ ꝙ vel ꝑ tp̄s ſignificet̄ euuꝫ: vt qdam dicunt vel tempus large ſumat̄ ꝓ numero cuiuſcūq̄ ſucceſſionis: vt ſic tp̄s p̄ creatū dicat̄ qȯ mēſurat ipſam creationē reꝝ qua poſt non eſſe ī eſſe res ꝓdierunt. ¶ Ad 4m dōꝫ. ꝙ firmamētū ſm quoſdā eſt de nā iferioꝝ corpoꝝ: ⁊ ſic mā eius itelligit̄ in mā q̄tuor elēoꝝ: ⁊ ſic ſolū celū empyreū erat alterius nature: ⁊ q̄nta eēntia: ſed ſi dicamus firmamētū eē q̄ntā eēntiā: tūc ꝑ celū itelligit̄ empireū celū: ⁊ celū criſtallinū ⁊ celū ſidereū: ſed q̄tū ad nāꝫ informē hoꝝ duoꝝ: celū. n. empyreū ſtatim in ſua creatōe vltimū cōplemētū habuit. ¶ Ad 5m dōm. ꝙ v̄bū ꝓp̄e loq̄ndo iportat rōnē forme exēplaris ad creaturas: eo ꝙ v̄bum eſt ars. vt Aug. dicit. ⁊ ideo in ſenario dieruꝫ vbi formatio creature narrat̄ ꝯuenienter mētio de v̄bo fit. vbi aūt narrat̄ ꝓductio informis materie filius oſtēdit̄ cauſa vt p̄nm: ⁊ nō vt v̄bum. vn̄ diuerſimode vtrobiq̄ totius trinitatis cauſalitas oſtēdit̄. Jn creatione ſiqdem iformis māe deſignat̄ pr̄ noīe dei qui creauit: filius noīe p̄ncipij: ſp̄ūſſanct⁹ noīe ꝓp̄o: cū dr̄ ſp̄ūs dn̄i. Jn formatione v̄o reꝝ ſignificat̄ pr̄ vt dicēs: filius vt v̄bū: ſp̄ūſſanct⁹ vt benignitas q̄ approbat̄ qȯ factū erat. eodem nāq̄ amore quo deus voluit vt creatura fieret ei placuit vt maneret.

¶ Expoſitio textus.

**Q**Uia nomine terre ⁊c̄.) Sciendū ꝙ ſm Aug. qui pōnit ī diſtinctōe reꝝ ordinē tp̄is: oꝫ ꝙ mā p̄ma itelligat̄ oīo informis: vt dcm̄ eſt: ⁊ ſic vocabit̄ nomine aq̄ vel terre: ꝓpter ſilitudinē tm̄. vt dicat̄ terra ꝓpter carētiam forme: terra. n. iter oīa elēa minus hꝫ de ſp̄e cū ſit magis elēuꝫ groſſum: aq̄ v̄o ꝓpter receptibilitatē formaꝝ: qꝛ humidū eſt bn̄ receptibile ⁊ termiabile: ſed abyſſus dr̄ ex hoc ꝙ eſt turpis ꝑ accn̄s vt in p̄ phyſicoꝝ dr̄. Abyſſus. n. dr̄ ab. a. qȯ eſt ſine: ⁊ byſſo: qȯ eſt genus lini cādidiſſimi. i. ſine candore: ⁊ hoc accidit materie rōne p̄uationis. vel dr̄ abyſſus q̄ſi ſine baſi ȯ aliq̄ magna ꝓfūditate: ⁊ p̄cipue aquaꝝ ſꝫ Auguſtinū: ⁊ ſilr̄ materia p̄ma abyſſus dr̄: inq̄tū p̄uat̄ forma. ꝑ quā eē ſubſtātificuꝫ recipit. Sed ſm alios ſanctos poſſum⁹ dicere: ꝙ ad litteraꝫ erat ſub forma ſubſtātiali terre vel aque. (Terra autem erat inanis ⁊ vacua). Si intelligit̄ per terraꝫ materia iformis: ſic oportet exponi receptibilitas materie quodāmodo eſſe ſimilis receptibilitati loci inquantū in vna materia manēte ſuccedūt ſibi diuerſe forme: ſicut ī vno loco diuerſa corpora: ꝓpter qȯ plato locū: ⁊ mām: idem eſſe dixit. vt in quarto phyſicoꝝ dicit̄. ⁊ ideo ea que ſunt loci. ſimilitudinarie de materia dicunt̄. vt materia dicat̄ inanis: ⁊ vacua ſm carentiā forme: ſed vacua inquantum forma implet capacitatē materie inanis: inquantū forme eſt finis in quem tēdit appetitus materie. Si autem terra ſumat̄ pro elemēto adhuc informi ſic ad litterā dicit̄ vacua ⁊ inanis: ꝓpter carentiā corpoꝝ mixtoꝝ: quoꝝ ipſa eſt locus: ⁊ ad que quaſi ad finem ordinat̄. Sine aeris obſcura qualitate ⁊c̄. ¶ Sciēdum ꝙ omnis p̄uatio quantū ad id qȯ ſignificat̄ per nomē eſt nō ens: ſed tamē oportet ꝙ aliquid p̄ſupponat̄: quia enim p̄uatio eſt negatio in ſubiecto vt in 4° metaphyſice dicit̄: vnde p̄ſupponit̄ ſubiectū ⁊ habilitas ipſius ad receptionē forme que p̄uat̄: ⁊ ideo cuꝫ tenebra opponat̄ luci ꝑ modū p̄uationis pōt tripliciter ſumi aut pro ipſo ſubiecto p̄uato: qȯ eſt aer obſcurrus: ⁊ ſic conſtat tenebras aliquid eſſe ⁊ creaturas eſſe. Secūdo modo poteſt ſumi pro ipſa v̄tute aeris: per quā eſt receptiuus lucis: que eſt diaphonitas ſm ꝙ non eſt ꝑfecta per lucem: ⁊ ſic tenebra pōt dici obſcura qualitas aeris: que aliqd creatum eſt. Tertio modo ſumit̄ ꝓprie pro eo qȯ ſignificat̄ per nomē: ⁊ ſic p̄uatio eſt non ens: ⁊ hoc modo per ſe loquēdo nō pōt dici creata a deo: ſed ſolum per accidēs: inquantuꝫ fecit nām opacā ex cuius oppoſitione ad corpus luminoſuꝫ tenebra relinqt̄: ſic̄ dr̄ tenebras in domo facere q̄ claudit feneſtrā (Primo ī v̄bo oīa diſponēdo ⁊c̄.) vr̄ hoc eē falſuꝫ: qꝛ nihil qȯ fit in v̄bo eſt fcm̄: ⁊ ita ī v̄bo de⁹ nihil oꝑat̄. ¶ Ad qȯ dōꝫ ꝙ ſꝫ quoſdā alicui⁹ ipꝓp̄e locut⁹ eſt: ⁊ eſt exponēdū oꝑat̄ in v̄bo. i. genuit v̄bū qȯ eſt ars oīuꝫ oꝑandoruꝫ ꝑ ip̄m. Hoc aūt iō dicūt: qꝛ nō faciūt drīaꝫ iter oꝑari ⁊ facere: cū multū differāt. qꝛ facere ꝓp̄e eſt act⁹ rei trāſiens in exteriorē māꝫ. vn̄ ph̄s dicit in 6° ethicoꝝ artificialia eē factibilia: ⁊ ſic de⁹ nō fecit aliqd ab eterno. Sed oꝑatio dr̄ q̄lꝫ act⁹ rei ēt ſi exterius nō trāſeat: ſic̄ itelligere eſt oꝑatio



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

ītellectꝰ: ⁊ pōt eē ſine motu. vñ pħs in 7° ethycoꝝ. dicit: ꝙ deus vna ſimplici ↄpatione gaudet: ⁊ ꝑ hūc moduʒ deꝰ ab eterno in verbo operatur. ſicut artifex excogitando formas artificialium.

¶ Que prima fuerit diſtinctionis operatio.

¶ Diſtin. XIII.

PRima aūt diſtictionis ↄpatio fuit formatio lucis: ſicut oſtendit ſcriptura: que cōmemorata reꝝ informitate caꝝ diſpōnē a luce īchoauit ſubdēs. Dixit deus: fiat lux: ⁊ fcā eſt lux: ⁊ diuiſit lucē a tenebris: appellauitqꝫ lucem diē: ⁊ tenebras noctē: ⁊ factuʒ eſt veſpe ⁊ mane dies vnus. Cōgrue mūdi oꝛnatꝰ a luce cepit. vñ cetera que creāda erāt viderent̄.

¶ Qualꝭ fuit lux illa: ſpūalꝭ: an cōꝑalꝭ.

SI q̄rit̄ q̄lis illa lux fuerit: coꝛꝑalꝭ. ſ. an ſpūalis: id rñdemꝰ qꝺ a ſcis traditū legimus. Dixit. n. aug. qꝛ lux illa coꝛpoꝛalꝭ vꝉ ſpūalꝭ ītelligi pt̄. Si ſpūalꝭ accipit̄: āgelica nā ītelligit̄: q̄ priꝰ infoꝛmis fuit: ſꝫ poſtea formata ē cū ad creatoꝛē ſuū ↄuerſa: ei charitate adheſit: cuiꝰ īfoꝛmitatis creatio ſuꝑius ſignificata ē. vbi dcm̄ ē. In pꝛicipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Hic ꝟo eiuſdē foꝛmatio oſtēdit̄ cū ait. Fiat lux ⁊ facta eſt lux. Hec ḡ angelica nā priꝰ tenebꝛe ⁊ poſtea lux fuit: qꝛ priꝰ habuit īfoꝛmitatē ⁊ imꝑfectionē: deīde foꝛmatōis ꝑfectionē: ⁊ ita diuiſit deꝰ lucē a tenebꝛis. Nā vt ait Aug. ſuꝑ Geñ. Huiꝰ creature īfoꝛmitas imꝑfectio fuit añq̄ꝫ foꝛmaret̄ ī amoꝛe ↄditoꝛis. Foꝛmata ꝟo ē qñ conuerſa ē ad īcōmutabile lumē verbi. Si ꝟo coꝛpoꝛalꝭ fuit lux illa: qꝺ vtiqꝫ ꝓbabile eſt coꝛpꝰ lucidū fuiſſe ītelligit̄: velut lucida nubes: qꝺ nō de nihilo: ſꝫ de p̄iacēti mā̄ foꝛmalꝛ factū eſt: vt lux eēt: ⁊ vī lucēdi hr̄et. Cū q̄ dies pꝛia exoꝛta ē: qꝛ añ luceʒ: nec dies fuit: nec nox: lꝫ tp̄s fuerit.

¶ Quod lux illa facta eſt vbi ſol apparet que inter aquas lucere poterat.

SI aūt q̄rit̄ vbi fcā eſt lux illa cū abiſſus oēm terre altitudinē tegeret: dici pōt ī illꝭ ꝑtibꝰ fcā: q̄s nūc illuſtrat ſolꝭ diurna lux. Nec mirꝝ lucē ī aq̄s poſſe lucere: cū ēt nautaꝝ ↄpatōe ſepiꝰ illuſtrētur. q̄ in ꝓfūdū merſi miſſo ex oꝛe oleo aq̄s ſibi illuſtrāt: que multo rarioꝛes fuerūt in pꝛicipio q̄ꝫ mō ſint: qꝛ nōdū ↄgregate fuerāt ī vno loco. fcā ḡ lux illa vicē: ⁊ locū ſolꝭ tenebat. q̄ motu ſuo circūagitata noctē diēqꝫ diſcernebat. Ibi ergo pꝛimū lucem aꝑꝑuiſſe veriſilꝭe ē. vbi ſol quotidiāo curſu circūuectꝰ aꝑꝑꝫ: vt eodē tramitte lux circūcurrēs: ac pꝛio ad occaſū ꝺſcēdēs: veſperā faceret. Deide renocata ad oꝛtū: auroꝛā. i. māe illuſtraret ⁊ ita diſit ꝺs lucē ⁊ tenebꝛas: ⁊ aꝑꝑellauit. l. ꝺ. ⁊. t. n.

¶ Qꝛ dies diuerſis modis accipitur.

HIc notādū ē ꝙ dies diuerſis mōis accipiti ſcriptura. Dr̄. n. dies lux illa q̄ illo triduo tenebꝛas illuiabat. ⁊ dr̄ dies illuminatio ipſa aeris. Dr̄ ēt dies ſpacium xxiiij. hoꝛaꝝ q̄lꝛ accipitur cū ait. Fcm̄ ē veſpe ⁊ māe dies vnꝰ. Qꝺ ita diſtiguēdū ē. Fcm̄ ē veſpere priꝰ: ⁊ poſtea māe: ⁊ ita fuit dies vnꝰ explетꝰ. xxiiij. hoꝛaꝝ. dies. ſ. nālis q̄ hūit veſperaʒ: ſꝫ nō māe. Māe. n. dr̄ finis p̄cedētis: ⁊ initiū ſequētis diei: qꝺ ē auroꝛa: q̄ nec plenā lucem: nec oio tenebꝛas hꝫ. Māe ḡ pꝛimꝰ dies nō hūit: qa nec dies p̄ceſſerat q̄ ſeq̄ntis diei initio terminaretur: ⁊ eo p̄cipue: qꝛ luce aꝑꝑente mox ſuꝑ terrā plenꝰ atqꝫ p̄clarꝰ dies extitit: q̄ nō ab auroꝛa: ſꝫ a plena luce inchoauit: ⁊ mane ſeq̄ntis diei cōſumatꝰ ē. Vñ Beda ſuꝑ geñ. Dicebat vt dies luce īciꝑet: ⁊ ī māe ſeq̄ntis diei tēderet: vt oꝑe dei a luce īchoaſſe: ⁊ in lucem cōpleta eſſe figurarētur. Reliq̄ aūt dies mane habuerūt ⁊ veſperaʒ: quoꝝ quiſqꝫ a ſuo mane incipiens vſqꝫ ad alterius diei mane extendebatur.

¶ De naturali oꝛdine cōputationis ſex dierum: ⁊ de illo qui pꝛo myſterio ītroductus eſt.

HIc ē nālis oꝛdo diſtictōis dierū: vt diſtiguant̄ atqꝫ ↄputētur dies a māe vſqꝫ ad māe. Poſtea ꝟo ī myſterio fcm̄ ē. vt dies ↄputētur a veſꝑa in veſperā: ⁊ adiūgat̄ dies p̄cedēti nocti ī ↄputatiōe: cū iuxta nālē oꝛdinē p̄cedēs dies ſeq̄nti nocti adiūgi debeat: qꝛ hō a luce ꝑ pctm̄ coꝛruit ī tenebꝛas īgrātie ⁊ pctōꝛſi: Deide ꝑ xp̄ꝫ a tenebꝛis ad lucē rediijt. Vñ aplꝭs. Eramꝰ aliq̄ñ tenebꝛe: nūc aūt lux in dño. Primꝰ itaqꝫ dies nō ab auroꝛa: ſꝫ a plēa luce īcipiēs. Et poſt paulati veſperā occidēti luce excipiēs: māe ſeq̄ntis diei ↄpletus ē. Vñ beda. Occidēte luce paulati: ⁊ poſt ſpaciū diurne lōgitudis ⁊ īferioꝛes ꝑtes ſubeūte: fcm̄ ē veſpe ſic nūc vſitato curſu ſolꝭ fieri ſolet. Fcm̄ ē āt mane eadē ſuꝑ terrā redeūte: ⁊ aliuʒ diē īchoāte: ⁊ dies expletus ē vnꝰ. xxiiij. ho. fuitqꝫ nox illo triduo omnino tenebꝛoſa: que poſt creata ſidera aliqua luce claruit.

¶ Cur ſol factus eſt ſi lux illa ſufficiebat.

SOlet aūt q̄ri q̄re factus ē ſol: ſi lux illa faciēde diei ſufficiebat. Ad qꝺ dici pt̄ q̄m̄ lux illa foꝛte ſuꝑioꝛes partes illuſtrabat: ⁊ ad illumiationē inferioꝛuʒ ſolem fieri opoꝛtebat. Vel potius iō: qa facto ſole diei fulgoꝛ auctus ē. Amplioꝛi eni mlꝛto luce radiauit dies poſtea q̄ꝫ añ. Si vero queritur quid de luce illa factū ſit cum modo non aꝑꝑareat. Pōt dici aut de ea coꝛpus ſolis foꝛmatū: aut in ea ꝑte celi eē ī qua ſol eſt: nō ꝙ ipſa ſit ſol: ſed ſic ei vnita vt diſcerni non valeat.

¶ Quomodo accipiēdū ſit illud: dixit deus: an ſono vocis id deus dixerit: an aliter.

PReterea inueſtigāduʒ eſt quomodo accipiendū ſit quod ait. Dixit deus. vtrum tēpoꝛaliter vel ſono vocis illud dixit: an alio modo? Aug. ſuper Geneſim tradit: nec tēpoꝛaliter: nec ſono vocis deū fuiſſe locutū: quia ſi tēpoꝛalꝛ ⁊ mutabilꝛ: ⁊ ſi coꝛpoꝛalꝛ dicat̄ ſonuiſſe vox dei: nec lingua erat qua loqueret̄: nec erat quē opoꝛteret audire ⁊ ītelligere. Bene ergo vox dei ad naturā ꝟbi per quod oīa facta ſunt: refert̄. Dixit ergo deus. fiat ⁊c̄. non tēpoꝛalꝛ non ſono vocis: ſed in verbo ſibi coeterno. i. verbum genuit non tꝑaliter ī quo erat ⁊ diſpoſuit ab eterno vt fieret in tempoꝛe: ⁊ in eo factū eſt.

¶ Quomō accipiēdū eſt qꝺ dicit̄ pater oꝑari in filio: vel per filiuʒ: vel in ſpiritu ſancto.

HIc queri ſolet quomō accipiēduʒ ſit qꝺ dicit̄ pater oꝑari in filio: vel ꝑ filiuʒ: vel in ſpiritu ſancto. Hec. n. ſcriptura frequēter nobis pꝛoponit: vt illud. Omnia in ſapiētia feciſti domie. i. in filio. Et in pꝛincipio. i. in filio creauit deus celum ⁊ terrā. Et illud. Per quē fecit ⁊ ſecula. Super illum quoqꝫ. p̄s. locuʒ. Verbo domini celi firmati ſunt ⁊c. dicit Augꝰ. ꝙ pater operatur per verbum ſuuʒ ⁊ ſpiritū ſanctum: quomodo ergo hoc accipiendū eſt? Putauerūt quidam heretici ꝙ pater velut auctoꝛ ⁊ artifex filio ⁊ ſpiritu ſancto in reruʒ oꝑatione quaſi inſtrumēto vteret̄: ex p̄dictis verbis errādi occaſionem ſumentes ꝙ velut blaſphemuʒ atqꝫ ſane doctrine aduerſum abijcit pia fides. Non eſt itaqꝫ intelligendū ideo ſcripturam frequēter cōmemorare patrē operari in filio vel per filiū tanq̄ꝫ filiꝰ non poſſet facere: ſi ei nō poꝛrexiſſet pater dexterā: vel tanq̄ꝫ aliquod inſtrumētū fuerit patris operantis: ſed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio ⁊ cum ſpiritu ſancto operari: ⁊ ſine eis nihil facere.

¶ Cōtra hāc expoſitionē ſurgit hereticus.

SEd dicit hereticus hac ratiōe poſſit dixiſſe filium operari per patrem vel in patre: ⁊ ſpiritū ſanctuʒ cum vtroqꝫ vel per vtrūqꝫ: quia filius cum patre ⁊ ſpūs ſanctus cum vtroqꝫ operat̄. Cui breuiter reſpondet̄: ideo illud dictū eſſe: ⁊ nō iſtud



vt in patre monſtraret̄ auctoꝛitas. Non enim pater a filio ſed filius a patre oꝑatur: ⁊ ſpūs ſanctus ab vtroqꝫ. Ideoqꝫ filius etiam ꝑ ſpiritum ſanctum legit̄ oꝑari: qꝛ cum ſpū ſancto oꝑatur hoc ipſum a filio habēti oꝑetur.

¶ Alia pꝛedictoꝛum expoſitio.

POteſt ⁊ aliter illud accipi vt dicatur pater in filio vel per filiuʒ oꝑari: quia eum genuit omniuʒ opificem: ſicut dicitur per eum iudicare: quia genuit iudicem. Ita ⁊ per ſpiritum ſanctuʒ dr̄ oꝑari ſiue pater ſiue filius: quia ab vtroqꝫ ꝓcedit ſpūſſanctus factoꝛ omnium. Vnde Joānes chꝛiſoſtomus in expoſitione epiſtole ad hebꝛeos ſic ait. nō vt hereticus inaniter ſuſpicatur tanq̄ꝫ aliqꝺ inſtrumētum patris extiterit filius: neqꝫ per eū pater dicitur feciſſe tanq̄ꝫ ipſe facere non poſſꝫ ſed ſicut dicitur pater iudicare per filium: quia iudicem genuit: ſic etiam dicitur operari per filium: quia eum conſtat opificem genuiſſe: ſi. n. cauſa eius pater eſt ſꝫm ꝙ pater eſt: multo amplius eoꝛum cauſa eſt que per filium facta ſunt hec de opere pꝛime diei dicta ſunt.

¶ Diuiſio textus.

DIcto de oꝑe creatōis hic ꝓſeq̄t̄ diſtictionis opꝰ. Et diuidit̄ in ꝑtes tres. In p̄ma ꝺtermiat ꝺ oꝑe p̄me diei. In 2ª de oꝑe ſcꝺe. i4. di. ibi. (Seq̄t̄ dixit deꝰ fiat firmamentū). In 3ª de oꝑe tertie diei. ibi. (Seq̄t̄ dixit deꝰ ↄgregent̄ aq̄ ⁊c̄.) Pꝛia diuidit̄ in duas. In p̄ma determiat p̄mū opꝰ diſtictōis ꝑ lucis ꝓductionē. In ſcꝺa exponit q̄dā dubia q̄ poſſent eē ī his q̄ ꝺ hoc opꝰ dicunt̄: ⁊ circa oꝑa. 2ª ibi. (Preterea īueſtigādū ⁊c̄.) Circa p̄mū tria fac̄. p̊ ꝺtermiat lucis ꝓductionē. Scꝺo eiꝰ ↄditiones. ibi. (Sꝫ q̄rit̄ q̄lis illa lux fuerit ⁊c̄.) Tertio lucis effectū ⁊c̄. ibi (Hic notāduʒ eſt ꝙ dies ⁊c̄.) Scꝺa ī duas. In p̄ma oſtēdit ↄditionē lucis q̄ꝫtū ad eius nām vel genꝰ. In 2ª q̄ꝫtū ad eiꝰ locū. ibi (Si aūt q̄rit̄ vbi facta eſt ⁊c̄.) Tertia ꝑs in q̄ ꝺtermiat effectū lucis q̄ ē dies diuidit̄ ī tres. In p̄ma diſtiguit diē q̄ꝫtū ad variā acceptionē. In 2° q̄ꝫtū ad oꝛdinē ꝑtiū. ibi (Hic eſt nālis oꝛdo ⁊c̄.) In 3° q̄ꝫtū ad cāꝫ efficiētē. ibi. (Solet ēt queri ⁊c̄.) (¶ P̄. īueſtigādū ⁊c̄.) Hic expōit quō ītelligēdū ſit qꝺ dr̄. Dixit deꝰ. Et p̊ ponit expōnē. Scꝺo mouet dubitationem ↄñtē. ibi (Hic q̄ri ſolꝫ ⁊c̄.) Circa qꝺ tria fac̄. p̊ mouet q̄ōnē. Scꝺo q̄rūdā erroꝛē ponit. ibi (Putauerūt q̄dā hr̄tici ⁊c̄.) Tertio determiat ſꝫ v̇itatē. ibi (Nō ē itaqꝫ ītelligēdū ⁊c̄) vbi duas ponit ſolōnes. Quaꝝ ſcꝺa incipit ibi. (Pōt ⁊ aliter ⁊c̄.) Circa p̄mū duo facit. p̊ ponit rñſionē. Scꝺo excludit hereticoꝝ obuiationē. ibi (Sꝫ dic̄ hr̄ticꝰ ⁊c̄.) Qō I.

HIc queruntur quinqꝫ. p̊ de oꝑe diſtictiōis ꝑ dr̄iaꝫ ab alijs oꝑibꝰ. 2° vtꝝ lux ꝓp̄e ī ſpūalibꝰ īueniat̄. 3° vtꝝ lux coꝛpoꝛalis ſit ſuba: aut accñs. 4° de lucis ꝓductione. Quito quō pr̄ dr̄ ꝑ filiū oꝑari.

¶ Vtꝝ opꝰ diſtinctōis fuerit necīū poſt opꝰ creationis. I.

AD pꝛimuʒ ſic ꝓcedit̄. videtur ꝙ poſt opus creationis diſtictionis opus neceſſariuʒ nō fuerit: diſtinctio eniʒ nō eſt niſi p̄us ↄfuſoꝝ ⁊ cōmixtoꝛum. ſi ergo poſt creationē facta eſt reruʒ diſtinctio opoꝛ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

tet res prius mixtas fore creatas: ⁊ ſic redibit opinio anagore ⁊ anaximādri ꝙ res fiāt per extractionē ex vno cōfuſo ⁊ mixto. ¶ P̄. creatio terminat̄ ad eſſe: ens enim vt dicitur in libro de cauſis eſt per creationem: ſed materia ſm̄ eſſe diſtincta eſt: q̄uis ſm̄ eſſentiā ſit vna. ergo videt̄ ꝙ poſt creationē diſtinctione opus non ſit. ¶ P̄. eoꝝ ē diſtinctio: quoꝝ pōt eſſe cōmixtio ⁊ cōfuſio ſm̄ locū: ſed hec nō poſſunt cōuenire: niſi cōmunicantibus in materia. ſi ergo ſuperioribus ⁊ inferioribus corporibus materia cōmunis nō ſit: videt̄ ꝙ ſupioꝝ ab inferioribus nulla ſit faciēda diſtinctio. ¶ P̄. quodlibet corpus eſt diſtinctū ab alijs corporibus. Cū ergo deſcribat̄ in textu diſtinctio celi criſtallini: ⁊ celi ſyderei videt̄ ꝙ incōuenienter ſubticeat̄ diſtinctio celi empirei. ¶ P̄. ſupra dictū eſt in littera ꝙ ſex diebus deus creaturas per ſpēs diſtinxit. ergo videt̄ ꝙ totū opus ſex dierū ad diſtinctionē ꝑtineat: ⁊ ita ornatus videtur a diſtictionis ope nō differre.

**Reſpōdeo** dicēdū: ꝙ natura in operibus ſex dierū taliter īſtituta eſt vt nature ꝑncipia: tūc ꝯdita in ſe ſubſiſterēt: ⁊ ꝙ ex eis alia ꝓpagari poſſent ꝑ mutuam actionē ⁊ paſſionē: ⁊ ideo oportuit eis: tūc eſſe ꝯferri ⁊ v̄tutes actiuas ⁊ paſſiuas quas Aug. vocat rōnes ſeminales quibus ex eis effectus ꝯſequētes producerētur. quātū ergo ad eſſe ipſoꝝ ꝑncipioꝝ ſumit̄ opus creationis: per qḋ ſubſtātia elemētoꝝ mūdi in eſſe ꝓducta eſt. Sed v̄tutum actiuaꝝ ⁊ paſſiuaꝝ quedā ſunt mouētes ad determiātas ſpecies: vt virtus que eſt in ſemine leonis ⁊ equi: quedā vō ſunt cōes mouētes ad oēs ſpeciē vt calidū frigidū ⁊ huiuſmodi. per opus ergo diſtictionis attribute ſunt rebus creatis virtutes actiue ⁊ paſſiue cōes mouētes ad oēm ſpeciē. Sed per opus ornatus collate ſunt rebus virtutes mouētes ad determinatas ſpecies: ſed diſtinctio nō pōt niſi tripliciter variari. Cū eni motus alterationis ſm̄ quē fit generatio ⁊ corruptio reducat̄ in vnū ꝑmū alterās nō alteratum. ſ. celū: opꝫ eniꝫ ī ꝑncipijs eſſentialibus mūdi eē tria. Primū qḋ eſt alterās nō alteratū vt celū: 2m qḋ eſt alterans alteratū: vt media elemēta que ſunt ignis aqua ⁊ aer Tertiū qḋ eſt vltimū ⁊ minimū habēs de v̄tute alterandi. ſ. terra. Primo ergo oportuit diſtigui ꝑmū ab vltimo: ⁊ ħ factū eſt per lucis ꝓductionē que quidē formaliter eſt in celo: ⁊ participat̄ in medijs elemētis ſꝫ plus ⁊ minus. Sꝫ vltimū elemētum. ſ. terra caret luce vel minimū de ipſa habet. Secūdo oportuit eſſe diſtinctionē ꝑmi a medio: ⁊ ħ factū eſt ſecūda die quādo diuiſe ſunt aque inferiores a ſuperioribus facto firmamento. Tertio eſt diuiſio medij ab vltimo. ⁊ ħ factum eſt tertia die: quādo cōgregate ſunt aque in vnum locū ⁊ apparuit arida.

**Ad primū** ergo dicēdū. ꝙ diſtinctio partiū mundi nō eſt itelligēda per extractionem materialē ab aliquo mixto: ſꝫ formaliter per hoc ꝙ diuerſis rebus diuerſe virtutes collate ſunt. ¶ Ad 2m dicēdū. ꝙ per opus creationis ꝑncipia mūdi diſtincta ſunt quātū ad eſſe ꝑmū: quod eſt per formas ſubſtātiales. Sed oportuit aduenire opus diſtinctionis vt diſtinguerentur etiā quātū ad agere ⁊ pati ſm̄ diuerſas virtutes rebus collatas. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ in iſtis diſtinctionibus eſt quedā diuerſitas: quia enim corpora ſuperiora non ſunt eiuſdē materie cū inferioribus: ⁊ per cōſequēs ſm̄ locum confundi non poſſunt: ideo prima diſtinctio que eſt primi ab vltimo: ⁊ ſecūda que eſt ꝑmi a medio: eſt tantū ſm̄ collationem diuerſarū virtutū ad agendū ⁊ patiēdum. Sed tertia que eſt medij elemēti ab vltimo que cōmiſceri poſſunt ⁊ ſm̄ locum confundi: eſt ſm̄ vtrūq; inquantum elemētis collate ſunt qualitates que ſunt principia alterationis vt calor ⁊ frigus ⁊ huiuſmodi. Et illa que ſunt ꝑncipia motus localis vt grauitas ⁊ leuitas: ⁊ ideo in tertio die facta eſt mētio de loco. Cum dicit̄ congregent̄ aque in vnū locū ⁊ non in alijs precedētibus. ¶ Ad quartū dicēdum ꝙ celū empyreum: vt ſupra dictū eſt: non habet influentiam ſuper inferiora corpora: ⁊ ideo inter opera diſtinctionis cōmemorari non debuit per quā rebus virtutes actiue date ſunt: ſed celū empyreū ordinatū eſt ad gloriam beatoꝝ. ⁊ ideo in ꝑncipio creationis ſue totū cōplementū ſuū habuit. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ opus diſtinctionis ſupra acceptū eſt cōmuniter ꝓut dicit diſcretionē ſm̄ quācūq; virtutis differentiā: ⁊ ſic in ſe includit etiā ornatū: alio aūt modo ab ornatu differt vt dictū eſt. Et hec differentia pōt ſumi ex mō loquēdi ipſiꝰ ſcripture: que in opibus triū dieꝝ quādā diuiſionē īſinuat.

¶ Utrū lux ꝓprie īueniat̄ in ſpūalibus. II.

**AD ſecundū** ſic ꝓcedit̄. videtur ꝙ lux proprie in ſpiritualibꝰ īueniat̄. Primo per id qḋ dicit̄. Jo. ꝑmo. Erat lux vera ⁊c. Quod de deo itelligit̄: qui maxime ſpiritualis eſt. ergo videt̄ ꝙ lux ꝓprie in ſpūalibꝰ ſubſtātijs īueniat̄. ¶ P̄. Augꝰ. dic̄. 4. ſup Geñ. Nō xp̄s ſic dr̄ lux quō dr̄ lapis: ſꝫ illud ꝓprie: ħ vtiq; figuratiue: nō āt xp̄s ꝓprie diceret̄ lux: niſi lux ꝓprie in ſpūalibꝰ inueniret̄. ergo ⁊c. ¶ P̄. īter alias creaturas ſpūalis ſubā nobiliorē q̄ſi deo ꝓximior: ſed nō eſt ꝓbabile ſcripturā diuinā nobiliſſime creature creationē ſubticuiſſe. Cū ḡ de creatōe angeloꝝ mētionē non faciat. vr̄ ꝙ ad lrāꝫ: ⁊ ꝓp̄e ꝑ lucis ꝓductionē creatio nāe angelice ſit itelligēda. ¶ P̄. luci ꝯuēit maxime actiuū eē. Uñ luci attribuit̄ diffuſiuū eē: ſꝫ actio ꝯuenit veriꝰ ſpūalibꝰ q̄ꝫ corꝑalibꝰ. ḡ ⁊ lux. ¶ P̄. actꝰ ꝓpꝰ lucis eſt manifeſtare: ſꝫ manifeſtatio magis ꝓp̄e ē ī ſpūalibus vbi eſt nobilior cognitio. ergo videtur ꝙ ⁊ lux verius in eis inueniatur.

**Sed cōtra** eſt qḋ dic̄ Ambro. q̄ īter ea q̄ trāſūptiue ō deo dr̄r ponit ſplēdorē q̄ ꝯtigit ex multiplicatōe lumis. ḡ vr̄ ꝙ lux in ſpūalibꝰ nō niſi metaphorice īueniat̄. ¶ P̄. Dyoniſiꝰ. dic̄ in 4° caꝰ de dĩnis noībꝰ: ꝙ deꝰ dr̄ lumē ex hoc ꝙ ſilitudo eiꝰ maxīe reſultat ī radio ſolari q̄ꝫtū ad cauſalitatē. Sꝫ oē nomē qḋ dr̄ de deo ꝑ ſilitudinē a creatura corꝑali ſumptā ꝯuenit ſibi metaphorice. ḡ ⁊c.

**Reſpondeo** dōꝫ. ꝙ ī hoc vr̄ eē q̄dā diuerſitas īter ſcōs. Augꝰ. n. vr̄ velle ꝙ lux ī ſpūalibꝰ verius īueniat̄ q̄ꝫ in corporalibꝰ. Sed ambr. ⁊ Dionyſius vident̄ velle ꝙ in ſpūalibꝰ nō niſi metaphorice īueniat̄. Et hoc q̄dē videt̄ magis verū: qꝛ nihil per ſe ſenſibile ſpūalibus cōuenit niſi metaphorice: qꝛ q̄uis aliq̄d cōe poſſit īueniri analogice in ſpūalibꝰ ⁊ corꝑalibꝰ: nō tñ aliq̄d ꝑ ſe ſenſibile: vt pꝫ in ente ⁊ calore: ens eni nō eſt per ſe ſenſibile: qḋ vtriq; cōe eſt: calor aūt qḋ per ſe ſenſibile eſt in ſpūalibus ꝓprie nō īuenit̄. Uñ cū lux ſit q̄litas per ſe viſibilis: ⁊ ſpēs q̄dā determinata in ſenſibilibꝰ nō pōt dici in ſpūalibꝰ niſi vel equiuoce vl̄ metaphorice. ¶ Sciēdū tñ ꝙ trāfferunt̄ corꝑalia in ſpūalia ꝑ quādā ſimilitudinē que q̄dē eſt ſilitudo ꝓportionabilitatis: ⁊ hāc ſimilitudinē oꝫ reducere ī aliquā cōmunitatē vniuocationis vel analogie: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito: dr̄. n. lux in ſpūalibꝰ illud qḋ ita ſe habet ad manifeſtationē itellectiuā: ſicut ſe hꝫ lux corporalis ad manifeſtationē ſenſitiuā. Manifeſtatio aūt verius eſt ī ſpūalibꝰ. Et quātū ad hoc verū eſt dictum augu. ꝙ lux verius eſt in ſpiritualibus q̄ꝫ in corporalibus non ſm̄ ꝓpriam rōnē lucis: ſed ſꝫ rōnē manifeſtationis ꝓut dr̄ in ꝑma cañ. Jo. ꝙ omne qḋ māifeſtat̄ lumē eſt. ꝑ quē modū omne qḋ manifeſtū eſt clarū dr̄ ⁊ omne occultū obſcurum.

**Ad primum** ergo dicēdū. ꝙ deus dicit̄ lux vera quātū ad veritatē eius a quo ſumit̄



ſimilitudo: ⁊ non quātum ad verā naturā lucis per quem etiam modū dicit̄ vitis vera Jo. 15. ¶ Ad ſcḋm dicēdū ꝙ Aug. attēdit quātū ad rationem manifeſtationis magis q̄ꝫ ad nomē lucis. Uel dicēdum. ꝙ ea que ibi dicit vt ipſe ibidē proteſtat̄ non aſſerēdo: ſed inquirendo dicit. ¶ Ad tertiū dicēdum ꝙ ſm̄ Dyoniſiū ſcriptura diuina proponit nobis ſpiritualia ſub ſimilitudine rerum corporalium ⁊ ideo non decuit vt creationē angeloꝝ expreſſe deſcriberet: ſed dedit eam intelligere ex productione corporalis lucis. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ ad propriā naturā lucis non pertinet quelibet actio: ſed talis que eſt in corporalibus: ⁊ ſimilr̄ nō quelibet manifeſtatio: ſed que eſt ad ſenſū viſus. vñ pꝫ riſio ad q̄ntū.

¶ Utrū lux ſit accidēs. III.

**AD tertium** ſic proceditur. videtur ꝙ lux nō ſit accidens. Primo per auctoritatē Auguſt. qui dicit in lib. de li. ar. ꝙ lux in corporibus tenet ꝑmū locum ⁊ multa huiuſmodi in libris ſuis dicit: ſed nullum corpus eſt accidēs. ergo ⁊c. ¶ P̄. quecūq; cōiungunt ⁊ ſeparant̄ abinuicē manētia eadē numero non ſunt accidentia: quia accidēs de ſubiecto in ſubiectū nō tranſit nec duo accidētia eiuſdē ſpeciei diſtincta in eodē ſubiecto eſſe poſſunt: ſed duoꝝ luminariū lumia cōiungunt̄ ⁊ ſeparant̄ abiñicē. vt dicit Dyoniſius in ſecūdo capitulo de diuinis noībus. ergo lux nō eſt accidēs. ¶ P̄. quicquid predicat̄ de genere ⁊ de ſpecie ſed ſm̄ philoſophū lux eſt ſpecies ignis. Cum ergo ignis ſit corpus ⁊ ſubſtātia: videt̄ ꝙ ſimilr̄ ⁊ lux. ¶ P̄. nihil mouetur: niſi corpus. vt ī ſeptimo phyſicoꝝ probatur. ſed radij mouent̄: deſcēdētes de ſole ad nos. ergo ſunt corpus. ¶ P̄. nihil reuerberatur ad corpus: niſi corpus: quia accidēti corpus nō obſiſtit. Sed radij ſolares reuerberantur ad corpus ſolidū. ergo ⁊c. ¶ P̄. corporum eſt vt ex eorū confricatione ⁊ compreſſione calor ſequat̄: ſed ex interſecatione radioꝝ ſolis ⁊ multiplicatione ſequitur calor. ergo ⁊c. ¶ Item nihil agit vltra ſpeciem ſuam: quia effectus nō eſt altior agēte: ſed per lumen ſolis producūtur forme ſubſtātiales in īferioribus: vt patet ex Dyo. in quarto capitulo de diuinis noībus. vbi dicit ꝙ lumē ſolare corporum viſibilium generationi cōfert: ⁊ ad vitam ipſam mouet. Cum ergo forma ſubſtantialis ſit vltra naturam accidētis in ꝑfectione ⁊ dignitate: videtur ꝙ lumē accidēs eſſe nō poſſit. ¶ P̄. ſi accidēs eſt: oportet ꝙ ad aliqḋ accidētis genus reducat̄: nec pōt ad aliḋ reduci q̄ꝫ ad genus qualitatis: cuius ſibi nulla ſpecies competere videtur niſi tertia. Si ergo in tertia ſpecie qualitatis nō ſit: videt̄ ꝙ nō ſit accidēs. ꝙ aūt non ſit in tertia ſpecie qualitatis ſic probat̄. Jn illa enim ſpecie eſt paſſio vel paſſibilis qualitas: ſed cuilibet paſſibili qualitati eſt aliq̄d cōtrariū. cū ergo luci nihil ꝯtrarie opponat̄: ſed ſolū ꝑuatiue. ſ. tenebra: videtur ꝙ lux nō ſit in tertia ſpecie qualitatis. ¶ P̄. oīs qualitas paſſibilis itroducit̄ ſucceſſiue in materiam: quia ſm̄ eam cōtingit alterationis motus qui ſucceſſiuus eſt: illuminatio aūt fit ſubito. ergo lumē nō eſt huiuſmodi qualitas. ¶ P̄. qualitates paſſibiles impreſſe in ſubiecto ab aliquo agēte remanēt per aliquod tēpus: etiā agēte remoto. vt pꝫ in aqua calefacta: ſed lumē factū in aere ſtatiꝫ eē dſinit ad abſentiā ſolis illuminātis. ergo ⁊c.

**Sꝫ contra** eſt ꝙ dicit Damaſcenꝰ lucē eſſe qualitatē ignis: qualitas aūt eſt accidēs. ergo ⁊ lux. ¶ Jtē Aui. dicit ꝙ lux eſt q̄litas corꝑis lucidi inq̄ꝫtū huiuſmōi: ⁊ ꝙ lumen eſt qualitas quā mutuat corpus dyaphanum a corpore lucido. ergo videtur ꝙ tam lumen q̄ꝫ lux ſit accidens.

**Reſpondeo** dicendum ꝙ iſta quattuor differunt lux. lumen: radius: et ſplendor. Lux enim dicitur ſm̄ ꝙ eſt in aliquo corꝑe lucido ī actu a quo alia illuminant̄ vt ī ſole. Lumē aūt dr̄ ſm̄ ꝙ eſt receptū in corꝑe dyaphano illuminato. Radius aūt dr̄ illumīatio ſm̄ directā lineā ad corpus lucidū. Et ideo vbicūq; eſt radius ex lumē: ſed nō ꝯuertit̄. Cōtingit. n. lumē eſſe in domo exꝰ reflexiōe radiorū ſolis: q̄uis nō ex directa oppōne: ꝓpter aliqḋ corpꝰ iteriacēs. Splēdor aūt eſt ex reflexione radij ad aliqḋ corpus terſū ⁊ politū: ſicut ad aquā ⁊ ad argētū vel ad aliqḋ hōi. ex qua reflexiōe ēt radij ꝓijciūt̄. ¶ His ergo viſis ſciendum eſt ꝙ circa naturam lucis ⁊ lumis eſt multiplex opinio. Quidā enim dixerūt ꝙ lux eſt corpus qḋ eſt ipſa ſubā ſolis ex quo fluūt quedā corpora: ⁊ illa corꝑa dicunt̄ lumē vel radius. Hec aūt poſitio ml̄tiplr̄ a philoſophis improbata eſt. Primo quia ſequeret̄ ꝙ illuminatio eſſet motus localis corporum a ſole fluentium cum motus vocalis nō poſſit eſſe ſubito: ſequeret̄ illuminationē fieri ſucceſſiue: q̄ ſucceſſio nō poſſet ſenſum latere ſm̄ maximū ſpacium ab oriēte. ſ. in occidētē: ⁊ a ſole ad nos. Scḋo quia ſequeretur duo corꝑa eſſe ſimul in eodē loco: cum totū ſpaciū qḋ illuminatur ſit plenū aere: q̄uis hec pro incōuenienti quidam eoꝝ nō habeāt: oīo ſenſum negligētes. Alij vō dicūt lumē recipi in poros aeris. Sed hoc ridiculū eſt: oporteret eniꝫ obtenebrato aere poros vacuos remanere ⁊ aerem nō totum illuminari. ⁊ multa huiuſmodi. Tertio: q̄a illa corꝑa aut decidunt̄ de ſubſtātia ſolis: ⁊ ſic oporteret eum quotidie minorari: ⁊ quādoq; conſumi: niſi forte dicat̄ cibari vaporibus ex aqua ⁊ terra aſcendētibus: vt ſic deperdita reſtaurent̄: qḋ eſt omnino fabuloſū. Aut oporteret ꝙ ꝯtinue illa corꝑa de nouo fiāt: ⁊ hoc vel ex materia preiacēte: ⁊ ſic fierent corruptis quibuſdā alijs: ⁊ cum in celo ſit illumīatio ſequeretur aliqua corꝑa ibi corrūpi vt alia generentur ⁊ multa alia abſurda. Aut ꝙ fiāt per creationem noue materie ⁊ nature: nec poterit eſſe tūc illuminatio niſi per miraculum a deo. Sequeretur etiam cum corpora creata in nihilum non reducantur ꝙ quātitas mūdi ſemper augmētaretur nouis corporibus quotidie creatis. et huiuſmodi multa abſurda. ¶ P̄. contra ħ Auic. multas rationes ponit in ſexto de naturalibus. vnde hec poſitio tanq̄ꝫ abſurda: ⁊ extranea relinquēda eſt: nō enim poteſt ſuſtineri niſi alijs ꝑncipijs naturalis philoſophie īuētis. Alij aūt dicūt ꝙ lumē qḋ eſt receptum in corpore dyaphano eſt accidēs quia poſt eſſe completū aduenit ⁊ recedit rebus manentibus: ſed in corꝑe lucido lux eſt ſubſtātia: vel ipſum corpus lucidum ſm̄ quoſdā. vel forma ſubſtātialis eius ſm̄ alios: hoc iterū ſtare nō poteſt. Jlluminatio enim eſt actio in aliud: quia lucidum illuminat. vnde ſi lumen in hoc aere eſt accidēs: opꝫ ꝙ ꝑncipiū illuminationis in corꝑe lucido ſit accidēs: ſicut etiā cōmē. ꝓbat ꝙ calor nō eſt forma ſubſtātialis ignis: qꝛ ī corporibus calefactis eſt accidens. ¶ Preterea. nulla ſubſtātia eſt per ſe ſenſibilis: quia quod quid ē obiectū intellectus. Unde oportet ꝙ lux que per ſe videtur nō ſit forma ſubſtātialis. Et ſi dicat̄ ꝙ illud qḋ videt̄ non eſt lux: ſed fulgor quidam. dicēdum ꝙ illud qḋ nos appellamus lucē eſt illḋ quod per ſe videt̄: ⁊ ſi forma ſubſtātialis ſolis dicat̄ lux nō erit niſi equiuoce: quia accidens ⁊ ſubſtātia nō vniuocant̄ ī aliquo: ⁊ ſic nihil prohibet etiam lapidē vocari lucē aut tenebras: quia etiam ſꝫ philoſophum in quarto metaphyſice non eſt inconueniens ꝙ eodem nomine apud nos ſignificetur homo. ⁊ apud alios nō homo. Alij dixerūt ꝙ lux nihil addit ſupra colorē: ſed ipſa euidētia coloris vocat̄ lux vel lumē: ⁊ hāc poſitionem auicē. multipliciter improbat accipiēdo omnes modos quibꝰ itelligi pōt. Senſibilr̄ tamē apparet eſſe falſū ī noctilucis: quoꝝ color ī nocte occultat̄ qñ lux apparet ⁊

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

